

Magnifici Equitis/ac Clariss. Iurecōsulci Do-
 mini Nicolai Tegrimi Oratio pro Obe-
 dientia Pręstanda Pio . III. Pont.
 Max. Senensi: non habita/ sed
 composita .

SI QUID Vnq̄ Lucēn populus exopta-
 uit: Siquid unq̄ toto mentis affectu deside-
 ravit: cum nos ad Sanctitatis tuę cōspectū
 Beatiss. ac Sanctiss. Pater destinavit, hoc prę-
 cipuum fuit: hoc in mādatis dedit: ut perfe-
 ctę cumulatęq; debitum obediētę & Christia-
 nę reuerentię munus exequeremur. B. T. Con-
 gratulantes Reuerendissimis . D. & patribus
 de tam diuina & optata electione gratias agē-
 tes ueram uniuersalis & proprii boni lętitiam
 explicaremus: ciuitatemq; cōmendātes ciuū
 animos deuotionēq; ante eius pedes offerre/
 mus. Sentimus nescio quid fulgoris ex ista di-
 uina in homine maiestate proueniens: quam
 qui non intuentur/ nō cogitant: qui aspectū
 obtundens/ etiā linguam impediatur. Veremur
 patrię desiderio imenso posse satisfacere: cum
 etiam tanta multitudo & magnitudo reruz se
 se offerat: quę nos opprimere uideatur: ulul-
 q; mediocris. imo nullius igenii uoluntati mi-
 nime pareat: spes hęc nos consolatur pro in-
 genti benignitate tua & promptissima. Ciuita

ris nostrę deuotione. B. T. & Reuerēdissimos.
D. mūdi lumina etiā nobis tacētibus officium
hoc nostrū tanq̄ perfectū accepturos ueniāq̄
daturus: sed gratus aspectus quo suos Luceñ
.S. T. respicit nobis ad aliqd̄ dicendū animū
reddit: & quę nuper pauorem ex reuerentia
iniecerat beniuolē: ię & amoris aculeis excitat
bona igitur uenia ad rē nostrā exequēdā acce
demus: Rogamus ut si minus de aliquo dixe
rimus ne ingrata nostra iudicetur oratio: cuz
si satis de omnibus dicendum esset infinitam
esse oporteret.

Luca iter Hetrurę & ciuitates Dei beneficio & hu
ius Sanctiss. sed s. gratia libera ante urbē Ro
mā cōdita iter Lunā Lucumq̄: feronię uetusta
te dirutas collocata: in qua Cōsulibus Roma
nis Annibale Italiam uastante tutissimū refu
giū fuit: ex qua militare robur equitū multi
tudinē exercitusq̄: ordines senatus Ro. educe
re solitus erat: Quę Cesarē Pōpeiū Crassumq̄
recepit: domicilium & Romanorum colonia
eadē christiane fidei diligētissima cultrix: Sā/
ctozę martyzę virginū pōtificūq̄: sacrarium ad
uersus oēs orthodoxę fidei & pōtificuz hostes
ppugnaculū firmissimū. Quę Paulinū Frigia
nū Theodorę Anselmū Ioānemq̄ p̄sules in/
ter diuos relatos prulit: Quę Luciū terriū ge/
nuit: Alexādrū, II. ad pōtificatū emisit. Hęc

a nobis representata cōstāntissima fide & deuotione ad pedes cōspēctūq; tuū p̄stitata Pie. III. Pōr. Max. te & ueſt & legitimū Iesu christi Vicariū Petriq; successorē uenerat & colit: uerā obediētīā exhibet: p̄statq; reuerēter animo & mente signa superantibus. *multos sicut*
 Gratulamur tibi. B. P. qui nobis gaudemus de tam felici necessaria & oportuna ad apostolatus apicem assumptione: cum tibi gratulamur uniuersę ecclesię gratulamur: cuius merito caput es. Congratulamur cunētis Christi fidelibus: qui pium clementemq; habent pastorem: qui norit afflictos consolari: miseris succurrere: p̄stratos erigere: misereri & parcere. Congratulamur Regibus & Principib; diuturnis & grauib; bellis fatigatis. Quid. n. secum Pii nomen diuinitus assumptum bonitati nature conueniens attulit nisi in Deu; religionēq; gratum animum: in patriam suam (in qua nunc oēs fideles continentur) amorē: in filios curam omnē? Nouit. n. B. T. q̄ sint onerosa hęc insignia nomina. Intelligit pietatem esse uirtutum omnium fundamentum. Nec eam fugit clementiam eam esse quę p̄sidentes magis commender gentibus. Hęc Cęsarem inter Deos retulit: hęc Augustum consecrauit. Hęc Antoninū pii nomine ornauit. Hęc auunculū suū ęternitatis memoria decorauit.

19.
Quid ternarius numerus perfectissim⁹ nobis
aliud polliceri potest / q̄ suaue illud tribus lit-
teris terminatū nomen / re ipsa salutare & de-
siderabile / quod est pax / tranquillam liberta-
tem complectens : qua non solum illi quibus
natura sensum dedit : sed etiā recta atq; agri-
letari uidentur : quid nisi perpetue designat
foedera pacis : in hoc uno uiro summa Fortu-
na cum summa uirtute certātes : que tam egs-
passibus ad summū usq; gradum coniunctissi-
mē peruenerunt. Non possumus non congra-
tulari uobis uiri docti & litterati : cum etate
uestra munere Dei nacti sitis Pōtificem & Prī-
cipem tanq̄ Erietheum in secessu Minerue nu-
tritū ex academię quietis umbraculis tractū :
qui non solum scribenda facere / aut legenda
scribere : sed utrūq; perfectissime calleat. Re-
diere Augusti tempora : iam Moecenates iā
Virgilios uideo : ingenia florebunt : fouebū-
turq; : studia a fortuna & temporum maligni-
tate deformata / iam inchoata & renouata cō-
parent. Vos reuerendissimi patres qbus Atlā-
teis humeris coelum fulcire & sustinere / orbē
q; deficientem restaurare & reficere datū est :
quibus laudibus efferam / nescio p̄ tam sapiē-
tissima & prudētissima electione / q̄ pro digni-
tate & magnitudine nec laudare quisquā cō-
mode potest : factum ipsum laudes omnes in

se complectitur : ex quo sempiternam gloriā
 & Sanctiss. huic collegio & uobis ipsis parauit
 stis / grates persoluere dignas : nec opis nostrę
 est : nec quicquid ubiq; est christianę gentis.
 Conscientia unicuiq; rectę factorum testis op
 timus solida animi gaudia quietem hilaritatē
 q; pro meritis reddet : nec summus ille omniū
 pater / apud quem bonum nullum irremune /
 ratum / dignis premiis unūquēq; uestrum de /
 fraudabit. Conuenistis numero plures q̄ unq̄
 ex omnibus gentibus & nationibus / collegiū
 dignitate / moribus & scientia eminentissimū
 gloria florentissimum nobilitate prestantissi
 mum (res diuina & admirabilis) concordia
 nunq̄ maior. Noueratis eum a prima etate ad
 summam rerum peruenisse uirtutis gradibus
 ascendendo / non alienis preceptis aut doctri
 nis / sed suis imperiis. Vitam eius omnibus cę
 suram semper fuisse perspectū uobis erat : ani
 mum / non corpus elegistis : consilium & pru
 dentiam / non robur : eum qui noscere posset
 subditos / & eos facere Iudices & magistratus /
 ecclesiisq; preficere : quorum merita / mores /
 litteraturam / patriam / etates / familiasq; nouis
 set / preposuistis : & qui etate & longa rerum
 experientia aliis imperare nosset / is dignus a
 uobis existimatus est / q̄ anteiret : cum & quī
 q; Pontifices pretulisset : & de aliis sepe iudi

casset. Noueratis modestiam temperatiã quas
uirtutes sibi ipse indixerat: quod est difficilli-
mum factu innocentiam comitatem in corruptã
facilitatem humanitatem omnium bonarum
artium cum maximo ingenio eminentissimãq;
doctrinam usu rerum omnium magistro con-
firmatam. Demũ iudicastis eum q; oēs animo
uirtutes comprehēdisset: omniaq; facere uel-
let facillime & perfectissime tractare. Nec alie-
num a uestra laude fuerit euz orbi præfecisse:
qui patria Sena florētissima ciuitate ortus sit
Simonidis lyrici auctoritate: qui bene perfe-
cteq; uicturo ante omnia patriãq; gloriosã esse
cōuenire dicere solitus erat: quę ciuitas i his
quę ad ciuitates ornandas amplificandas con-
struendasq; pertinent antiquitate situ moenib;
templis priuatis publicisq; edificiis fertilitate
agri aeris temperie aquarum salubritate huic
cōparari potest. Quę ciuibus ornatissimis se-
natoribus grauissimis mercatoribus fidissimis
hanc superauit. Nunq; nisi perfectissimos fru-
ctus solita emittere. Quę regio in terris emi-
nentiores doctrina uiros. Poetas. Oratores.
Physicos. Medicos. Iureconsultos. Theologos
protulit unquam q; hæc sola ornatissima urbs.
Quę sanctiores religionis cultores coelo red-
didit. Quę Pontifices Romanos reipub. chri-
stianę utiliores constantiores fortiores prudē

tioresq; genuit ! Ex hac habetis eum / qui oēs
 omnium complexus sit uirtutes & animū. Ma
 gna uobis laus & sempiterna memoria . Ma
 gnū orbis ornamētū. Maxima omnibus spes
 letissima. Maxima cōseruationis diuturnitatis
 q; uota. Maxima expectatio. Maximū omnib9
 gaudiū. Inter exultantis orbis iubila qua leti
 tia efferantur tui deuotiss. Luceñ. B. P. quisq;
 cogitet : cū tam salutare caput tā necessariuz
 christianę religionis īpolitū uideāt : q; primi in
Hetruria christi fidē suscepint & huius sãctiss.
 sedis cōstantissimi & obsequētissimi filii semp
 fuerint : cū uideant eum merito cunctis p̄sli
 dentē : q; semper peculiari & paterna cura Lu
 ceñ. p̄texit. Cūq; eadē sit Beatitudinis tuę pa
 tria quę nobis mater est / ppriis. n. uberib9 Lu
 ceñ. ablacat : nutrit : & lambit : stātes sufful sit :
 cadētes erexit : afflictos consolata est : periclitā
 tes oblessosq; semp adiuuit . Vellemus fene
 strata nobis adessent pectora : ut quę p̄ ma
 gnitudine exprimi nequeūt saltē cernerent .
 Tu igit̄ Beatiss. & Sãctiss. pater deuotissimos
 & aīos cōstāntissimos Luceñ. suscipe : quos ante
 huius sanctiss. sedis conspectū tibi offerimus :
 damus & p̄sentamus. Accipe ciuitatē quę ro
 gat. ut dulce libertatis nomē quod Dei bene
 ficio retinet tu eius benemeritus Vicarius cō
 serues : & quod Pontifices gloriosissimi aliqñ

amissum restituerunt/ tu Pontificū maximus
foueras : quodq; Beatitudo tua Senensēsq; pa-
tres semper custodierūt/ nunc maxime prote-
gas officio/ dignitate / & pietate : ut ab omni
meru libera diuturnas ifinitasq; gratias agerē
& habere/ immortalēq; & iocundā Beatitudi-
nis tuę memoriā conseruare/ posterisq; com-
mendare possit.

Dixi.